Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

unde et tua precepta contempnens. regem
celi invisibilem semper adoro. qui celum et
terram fecit. cum non esset hominem con-
didit. perditumque misericorditer reparavit.
Lisias itaque rursus infremens. et be-
stiali insania furens. eius statim iussit
cedi cervices. deos inquiens noli blas-
phemare potentes. Tunc iussit eum
extendi. et nervis eius dorso conscisso. car-
bonibus fecit aduri. Post hec vero beatos
iam fide martires socios. sub cura eutha-
lii commentariensis et archelai spiculato-
ris extra civitatem cruci mandavit
appendi. Tunc sancta et vere beata exhibetur
domna. Vides ait lisias que et quanta
christianis patrent tormenta. Que si vis
evadere. diis offer libamina. Que ait.
Ne in ignem eternum incidam. et tormenta
perpetua. deum unum colens. que a te
dicuntur agunturque respuo universa. Ad
quam vocem domna extensa. et mem-
bris omnibus virgis est cesa. Sicque domna
exticta in profundo fluminis est di-
mersa. Exhibita etiam theonilla. et
ad deorum cerimonias invitata. cum
in fide domini constans inveniretur et
prompta: eius est alapis facies cesa. de-
inde fortiter torta. Sicque nouatula
a cuta capite rasa. in quatuor palis
ipsa est extensa beata. et carbonibus
eius appositis ventri. Rustici valeri-
ani. fructuosi presbiteri clarissimus confessio-
nis honor apud antiochiam celebratur.
Theonis quoque beati et vere deo digni
in alexandria. sancta dormitio veneratur
et sancti ac venerabilis zachei episcopi transitus
e mundo recolitur. Hic quartus ab iaco-
bo ierosolimorum ecclesiam clarissime
rexit. Lugduno etiam gallie martirum
sanctorum minervii et eleazari cum filiis

martir triumphavit cum gloria. Sanctorum martirum donati

octo celebres venerantur corone. Quorum
corpora in cripta que urbi ab oriente
imminet habentur recondita. Sanctorum
quoque ypoliti cuiriaci archelai. fe-
licis in portu urbis rome celebratur
memorie. et martirum triumphus sollem-
niter predicatur. Passio sancti Bartholo- E .xviiii Kl. Sept.
mei apostoli.
Bartholomeus nomen
ex syra lingua ac-
cepit. et interpretatur
filius suspendentis
aquam: licaoniam
veniens predicavit.
ad ultimum in albano maiore arme-
nie urbe. vivens a barbaris decori-
atus est. atque regis astrigis iussu
decollatus. sicque terre conditus viiii Kl.
Septembris. Indie tres ab hystoriogra-
phis asseruntur. Prima est india que
ad ethiopiam mittit: secunda que ad me-
dos. tertia que finem mundi facit.
Nam ex uno latere tenebrarum regi-
onem gerit. ex alio latere vero mare oc-
ceanum. In hac ergo india ingressus est
bartholomeus apostolus templum in quo erat
ydolum astaroth: et quasi peregrinus
ibi manere cepit. In quo idolo demon
talis erat qui diceret se curare lan-
guentes. et hos sine dubio quos ipse lede-
bat. Erant enim sine vero deo. et neces-
se erat ut falso deo iudicarentur. Deus
enim falsus hac arte illudit eos qui
verum deum non habent. Facit eis do-
lores. infirmitates pericula damna.
et dat responsa ut sacrificent ei. et
quasi sanantur ab eo. Hoc videtur stul-
tis quod sanet eos. Ille autem non sanan-
do subvenit sed a lesione cessando.
Et cum cessat ledere. curasse putatur.